

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

9. De abdicatione, abrogatione, translatione, & mutatione Imperij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

vincias sue ditioni ac potestati subiecisse. Vnde quoties dicunt: *orbis terrarum nō bis subiectus*, vel *cuncti Reges, vel omnes nationes, ē gentes, vel totus mundus*. Hæc omnia, & alia similia generaliter quidem dicta sunt, sed strictius iuxta subiectam materiam intelliguntur, videlicet, *totus mundus, vniuersus terrarum orbis, qui nostro est Imperio subiectus*. Vbi relatum est quod dictum est generaliter, restringit & declarat. Nam nunquam omnes gentes fuerunt Romanis Imperatoribus subiecti. *Seyhia, Romanorum arma non nouit. Indica Barbarorum regua Romanis non paruerunt: fuerunt multi populi liberi, liberæ multæ Ciuitates*. Item in l. *Mercatores, C. de Commer. & mercat. legimus: Mercatores tam Imperio nostro quam Persarum Regi subiectos*. Et l. *Romanæ, C. de Eiusmodi*, sic est scriptum: *Barbara autem gentis Eunuchos extra loca nostro Imperio subiecta factos. Et Reges Francorum Hispanorum, & Anglorum Imperatorem superiorum non agnoscunt, vt inferius ostendam, non Imperatorem, sed suis regis legibus vivunt. Et Baldus in c. Solita, de Majoritat. & obed. Bartolum reprobavit, quod triplex in l. Hostes. ff. de Caprius & pollii, reverbis: Forte si quis dicaret, Imperatorem non esse Monarcham, & Dominum totius mundi, effe hereticus. Nec inficiari quis potest, Antoninum Imperatorem in l. Deprecatio. ff. Ad legem Rhodiam de iactu, superbe & arroganter se nominasse mundi Dominum: Deus est mundi Dominus, non Imperator. Nihilominus Imperator quia factus est patronus, defensor, & propagator Ecclesiæ, quæ in totum terrarum orbem ius & potestatem habet, iure potest Ecclesiæ contra omnes Christiani nominis hostes Paganos videlicet, & barbaros tueri atque defendere: iure potest iniurias, quibus Pagani Christianam religionem afficiunt, & maledicunt, quæ in Christum Dominum conferunt, armis coercere, vt dicam, cum de iure belli tractabo.*

CAP. VIII.

De Abdicatione, Abrogatione, Translatione, & Mutatione Imperij.

Primo queritur, An Imperator sua auctoritate possit se Imperio abdicare? Non queritur, An electus Imperator possit electioni sui consensu denegare, electio enim vim non habet, donec qui electus est, ratam & firmam electionem habeat. Potest igitur electus Imperator in electionem sui consentire, & dissentire coram publico Notario, quem ipse maluerit *Ivan. Andr. Panormit. in cap. Quia in dubijs, de renunciat.* Cuius quidem rei ratio hæc est, quod ante consensum, electus nullum ius acquisivit. Deinde, postquam electionem ratam haberit, potest propria auctoritate suo iure cedere, antequam a Pontifice confirmetur. *Paris in tract. de Duello §. Morrisio, lib. septimo. nn. quinto. Rota deci. 269. Si aliquis, in nouis, & hoc potest facere coram ipsis electoribus, vel ipsis absentibus, coram Notario publico. Caſſal. de Imperatore, qu. 103. n. 15.* Tota igitur questione est, An Imperator electus postquam a Romano Pontifice confirmatus, vñctus, consecratus, & coronatus est, Imperium sua auctoritate deponere possit.

Communi consensu recepsum est, eum posse, dummodo id faciat legitimè iurius ordinè seruato. Sed quidam addunt, eum id posse facere sua auctoritate etiam critra Romani Pontificis consensum: id probant, quoniam summus Pont. se Pontificatu potest abdicare. *vt definitum est cap. primo, de renunciat. in sexto.* Ergo multo magis & Imperator Imperio. Cæterum hoc argumentum vim non habet, quia Romanus Pontifex superiorum non habet, apud quem Pontificatu se abdicet: ut Imperator videatur superiorum habere, cuius consensu imperium deponat. Quæres, apud quem debet Imperator Imperium dimittere, vt illud deponat legitimate? Ratio dubitanus est, quia nullus se abdicat legitimate publico munere, & officio, nisi id coram

superiore faciat. *ca. Admonit. capit. Quod in dubijs, de renunciat.* Sed Imperator superiorum non habet. Respondeo, falso quodam assertore, sufficere, si coram electoribus Imperio renunciet. Quia, inquit, Imperator superiorum non agnoscit. Deinde, quia electores ius & potestatem habent eligendi & creandi Imperatorem, ergo & acceptam ac ratam abdicationem habendi. Cæterum dicendum est, coram summo Pontifice, sue auctoritate & consensu ipsius, Imperatorem debere Imperium deponere, ob rationem superiorius allatam, quod Imperator est summo Pontifici subiectus. Item, quia electores si quid iuris habent in Imperio, id habent, a summo Pontifice. Tum etiam, quia Imperator est Ecclæsiae patruus, tutor, & defensor, ergo id iuris dimittere nequit absque Romani Pontificis auctoritate, & consensu. *Sic Martinus Lauden. in Tract. de Principib. quæst. 44. Iacobus Alnaret. Caſſal. questione 103. de Imperatore, numer. 13. post Baldum in l. Barbarini ff. de offic. Praetor. Sic etiam Antonius Rosellus de potestat. Imperator. & Papa. vlt. num. quinto & vigesimoquinto. Carolus Quintus Imperator anno Domini 1557. Imperio se abdicavit, at eam abdicationem Paulus Quattus nullam iure communis fuisse iudicasse perhibetur, quia fieri debuit coram ipso, vel auctoritate & consensu ipsius: sed postea eam ad iuris formulam redactam approbavit. Lancelotus, Corradus, Laudensis in templo omnium iudicium lib. primo ca. primo. §. secund. quæst. sexia. numero 12.*

Secundo queritur, An Romanus Pontifex possit Imperatotis Imperium abrogare? Respondeo, Bartolum, & Cynum in l. Non ambiguit. ff. de Legibus, dixisse: ius abrogandi Imperium Imperatori ad populum pertinere, vel ad Imperatores nomine Populi. Sed dicendum est Romanum Pontificem id posse iustis de causis. Hoc patet ex ca. Venerabilem, de elect. & ex cap. Ad Apostolica, de sentent. & re iudic. in sexto, & ex Clem. i. de iure iurand. vbi habetur, quodam Imperatores, Romani Pontificis auctoritate, Imperio priuatos fuisse. Deinde Romanus Pontifex Imperium a Graecis ad Germanos transtulit. *C. Venerabilem, de elect. & Clem. i. de iure iurand.* ergo potest Imperio Germanorum Imperatorem priuare. Legimus in historijs, Carolo Crastio, Adolpho, VVenceslao Imperatoribus communis principum consensu, vt dicam iustius, Imperium esse abrogatum. Sed id factum est, vel Romano Pontifice comprobante, vel volum re ipsa, non iure.

Tertio queritur, Quib. de causis potest summus Pontifex Imperatori Imperium abrogare? Respondeo, ob multa crimina contra Ecclesiæ publica, & notoria, quæ nulla terguesatione celari & occultari queant, in quibus Imperator post monitionem legitimam contumaciter perseveret, ita vt Ecclesiæ satisfacere nolit. *Glossa in cap. Si Papa. distinet. 40. dicit; omne crimen sufficere ad Imperatorem Imperio deiciendum, nisi velut ab eo criminis resipiscere. Abbas in cap. Venerabilem, de elect. Innocentium securus, ait Imperatores, & Reges non debere Imperio vel Regno priuari, nisi ex maximis causis sue criminib. quia hæc fieri non potest sine magnis & multis periculis: Ec proinde laxandus est iuris rigor, in causa quæ habetur in cap. Latores, de Clerico excommunic. ministrante. At istoteles lib. 2. Ethicorum, capitulo 10. ait. dicit: Omnia deterrimunt esse eos, qui potentia valent, iure & potestate exire, In iure Canonico, videlicet in capitul. Venerabilem, de elect. & cap. Ad Apostolica, de sentent. & re iudic. in sexto, aliqua crimina exprimuntur, propter quæ Imperator Imperio spoliari potest. Veluti si per iuris fit, hoc est, si foedus cum sede Apostolica initum temere violat. Si pacem Ecclesiæ promissam & iurata non seruat: Si sacrilegus sit, hoc est, si Cardinales, vel Episcopos, vel Religiosus viros aut Clericos, vel etiam seculares ad Generale Concilium venientes capiat, in carcерem decurdat, vulneribus afficiat, vel occidat: si Claves Ecclesiæ condemnat: si Ecclesiæ bona diripiāt: Si Ecclesiastica iuria sibi usurpet. Si Ecclæsiae feudalia bona dissipet*

atque dilapidet: Si deniq; sit persecutor Ecclesie: Si communem populi Christiani pacem, salorem & bonum conturber. Deinde si sit hæreticus, vel schismaticus, vel fautor, vel receptor, vel defensor hæreticorum, vel schismatistarum.

Quæres. An Imperator possit etiam Imperio priuari, cum populos sibi subiectos dure & grauitate vexat, vel opprimit? Albericus in l. Bene à Zenone. C. de Quadriens prescripsit sequitur Martinus Lauden. Tract de principib; quæstio ne septima. affirmat, posse. Alijs vero ita dicendum videtur: Primo, Imperatorem ab Ecclesia esse legitime monendum, ut à quo incusatur, crimine deficiat. Deinde, opporrete crimen esse notorium, ita ut negari, occultarive nequeat. Tertio, si Ecclesiæ monita penitentiam, & satisfactionem sibi iniunctam temere negligat, tunc potest Romani Pontificis auctoritate Imperio dejeici. Si roges, An etiam possit Imperio exui, cum Imperio negligenter, ignave, inepte, & inutiliter administratur? Respondebit Alberticus in Dictionario, in verbo Para, posse: idque probat, quia Zacharias, ut habetur in cap. Alij 15, quæst. 6. Childecricum Etancorum Regem, regno spoliandum iudicavit, eo quod Regno inutile esset. Sed Martinus Lauden in predicto tractatu de principib; quæst. 162. § 254. & 256. Baldus secutus, sentit tunc non esse Imperio priuandum, sed ei dandum idoneum adiutorem, iuxta id quod habetur in ea. Quamvis, & c. Petisti, 7. quæ prima. & c. Grandi, de Suppl. negleg. gen. Prælato.

Carolus Crassus Rex, & Imperator, Anno salutis humanae 888. quod Imperio inutile esset, nec sati confiliij, praefidij & virium haberet ad hostes Imperio & Regno exturbandos, & ad alias res tractandas: communis procedur sententia, regno, & Imperio priuatis est. Naucleus in Chronologia part. secund. Generat. 30. Ioannes Baptista Egnatius, de Romanis princip. libr. 3. Signiorum libr. quint. de regno Italie, ad finem.

Adolphum Germaniæ primates pertasi ob fordes & ambitionem regno & Imperio deiecerunt Anno Domini 1298. Naucle. in Chronolog. part. 2. Generat. Quadragesima quarta. Ioan. Bap. Egnat. de Rom. princip. li. 3.

Venceslao filio Caroli Quarti Imperatoris, eo quod suo & patri valde dissimilis per ignauiam, & foecordiam Imperij res afflixisset, communis optimatum consensu Imperium est abrogatum: ut refellant Naucle, in Chronologia part. secund. Generat. 46. Henricus Sylvius in historia Bohemiae cap. trigesimo tertio, Egnatius de Romanis princip. libr. 3. Populus Constantinopolitanus ira inflammatum contra Constantimum Copronymum, ei Imperium abrogavit.

Gregorius Septimus Henrico Quarto Imperium admittit. Innoc. III. O. honi IV. Gregorius IV. & Innoc. IV. Federico II. Ioannes XXII. & Clemens V. I. Ludouico Bauaro, & ante nos omnes Pontifices Gregorius III. Leonem III. Imperatorem Constantinopolitanum Imperio simul & communione piorum hominum priuauit, quod sanctas imagines è sacris ædibus abrafisset, Platina in vita Pontificum.

Item Innoc. I. Arcadium Constantinopolitanum Imperatorem sacra piorum communione interdixit. Immo Sanct. Ambrosius Mediolanensis episcopus Theodosium Imperatorem à sacris removit, ea. Duo sunt, distin. 96. Constantinus Papa præcepit, ne Philippi Imperatoris hæretici litteræ, nummi, imago, nomen in Italia recipiatur. Alexander III. Federicum I. Imperatorem à sacris prohibuit. Platina in vita Constantini Papa & Alexander III.

Quarto queritur: An Romani Pontificis auctoritate fuerit Imperium translatum à Græcis ad Germanos: Ratio dubitandi est primo, quia non viderit Græcis ademptum Imperium, quoniam post Carolum Magnum semper fuerunt Constantinopolitani Imperatores usque ad annum 1452. cum capta est Constantinopolis à Turcis. Deinde, non videret esse translatum Imperium à Græcis

ad Germanos, sed à Græcis primum ad Francos, & deinde ad Germanos; translatum est enim ad Carolum Magnum, in cuius posteris fere per centum annos permanuit: postea vero translatum est ad Othonem I. Germaniæ Regem.

Hæretici nostra tempestatis negant, Imperium esse translatum auctoritate Pontificia, contendentes id esse factum, quia Romanorum proceres una cum ipso populo Romano Imperium Græcis abrogavunt, & Carolum Magnum Francorum regem sibi in Imperatorem deleguerunt.

Sed enim negati non potest; id factum esse Romani Pontificis auctoritate: id enim omnes historici tradiderunt, Zonaras Tomo tertio, in vita Constantini, & Irenæus Cedrenus in vita eiusdem Imperatoria, Pautus Diaconus libro 23. de Imperatoribus, Eginathus in vita Caroli Magni, Amoinius libro quarto de Rebus Francor. c. 90. Ado Episcopus Vienensis in Chronico. Aetate sexta, Regino in Chronicis, libro secundo. VVitichindus Monachus, de Rebus Saxonis libro tertio loquens, Eginathus in vita Caroli Magni, Amoinius libro quarto de Rebus Francor. c. 90. Ado Episcopus Vienensis in Chronico. Aetate sexta, Regino in Chronicis, libro secundo. VVitichindus Monachus, de Rebus Saxonis libro tertio loquens, de Othono II. Luitprandus, datus in Europa gesu lib. 6. cap. 6. Hermannus Contractus in Chronicis anni 801. Mariannus Scotus in Chronicis, libro tertio, Lambertus Scaphinaburgensis, in historia Germanica in Othono I. & II. Otho Episcopus Frisingensis, datus in gestis Federici II. libro 24. cap. 11. Godefridus Viterbiensis in Chronicis anni 800. Conradus Abbas Vipergenensis in Chronicis anni 796. Lupoldus Bambergensis in Proximo libri de Iuribus Imperii. Hos secuti sunt recentiores historici Blondus, Platina, Sabellius, Antocius, Naucleus, Paulus Aemilius, Volaterranus & alii. Unde in Iure Canonico verissime dicitur, Romanum Pontificem à Græcis ad Germanos Imperium translatum. Hoc enim dicit Innocentius tertius in Concilio Lateranensi, & habetur in capit. Venerabilem, de elect. & Clemens V. in Concilio Viennensi, & refertur in Cle. 1. de Inscriptur. & quamvis Historiorum nonnulli testentur id factum esse à Populo Romano, non tamen negant id factum esse Romani Pontificis auctoritate, cui tunc in spiritualib; & temporalib; Romani parebant.

Ad id vero, quod est in principio obiectum. Respondeo non esse Imperium è Græcis translatum omni ex parte, quia imperium Occidentale translatum est ad Carolum Magnum. & hoc est quod Pontifices Romani, & historici dicunt. Orientale vero penes Constantinopolitanos Imperatores permanet.

Verum quomodo in Iure Canonico datur à Græcis ad Germanos imperium translatum fuisse, difficultatem habet. Si quidem in cap. Venerabilem, de elect. dicitur fuisse in persona Magnifici Caroli à Græcis ad Germanos translatum. Quidam respondent Carolum: Magnum, Francum natione fuisse, & proinde Germanum, nam Fratones, qui Galliam occupauerant, & ob id Franciam suum nomine vocauerant, è Franconia Germaniæ provincia venerant, & ita post eorum in Galliam aduentum, dicti sunt Francoës Orientales, & Occidentales: qui in Germania remanerant, Orientales, qui Galliam ceperant, Occidentales. Alij dicunt, imperium esse translatum à Græcis primum ad Francos: inde ad Germanos. Et utrumque comprehendet Innocentius tertius, dicit esse translatum in persona Magnifici Caroli à Græcis ad Germanos, quasi diceret, esse translatum primum quidem ad Francos, quib; dominabatur Carolus Magnus, & deinde ad Germanos.

Mihi vero probabilius viderit, quod alij dicunt, esse translatum à Græcis ad Reges Germanorum in persona Caroli magni, quia reuera Carolus Magnus eo tempore Rex erat Francorum, & Germanorum, & posteri eius, qui deinde Imperatores sunt consecuti, Reges Francorum, & Germanorum fuerunt: hoc ordine nimirum: Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Lotharius filius Ludouici, nepos Caroli; Ludouicus junior Lotharii filius Carolus Calvus, patruus Ludouici junioris, frater Lotharii, & filius Ludouici Pij; Ludouicus Balbus filius Caroli Calvi, quanquam hunc Germani scriptores inter Imperatores nō numerant.

numerant, ut dicam inferius: Carolus Crassus pat. velis Ludouici Balbi, filius Lotharij imperatoris: qui Carolus, quia sine virili stirpe mortuus est, video quidam auct. in hoc primum famulam Caroli Magni imperare desisse.

Ait tamen id negant, quia post hunc Carolum creatus est Rex Germaniae & imperator Arnulphus, qui genus ex Carolo Magno trahebat, quia filius erat Carolomanus ex concubina. Póro Carolomanus filius fuit Ludouici Regis Germaniae, & nepos Ludouici Pij Imperatoris: hic enim Ludouicus genuit Lotharium Imperatorem, Pipum Regem Aquitanie, Ludouicum Germaniae Regem, Carolum Calum Imperatorem. Ludouicus Rex Germaniae habuit filios Carolum Crassum, Ludouicum, Carolmannum, & hic Carolmannus ex concubina suscepit Arnulphum, qui fuit Rex Germaniae, & imperator Romanorum.

Quinto queritur, Vnde sit nata diversitas inter Germanos & Italos scriptores in describendo, & recensendo imperatorum numero, hoc est, in numerandis Ludouicis, Conradi & Henricis? Nam Italici scriptores ante Ludouicum Bavarum referunt quatuor Ludouicos, Germanici vero tantum tres. Præterea Italici numerant tres Conradi, Germani quatuor: Henricos item Italici ponunt sex, Germanici septem. Respondeo, eismodi diversitatem hinc ortam fuisse, quod Germani habentes rationem eius, quod Innocentius tertius dicit, in cap. *Venerabilium de electione*, in imperio esse translatum à Græcis ad Germanos in persona Magnifici Caroli, Reges Romanorum, siue imperatores numerant à Carolo Magno, & Reges Germaniae electos, vocant Reges & Imperatores Romanorum: quia ex predictis Innocentius verbis colligunt, eos, qui in Reges Germaniae sunt electi, eo ipso Reger, & Imperatores Romanorum: alioqui enim non esset Imperium ad Germanos translatum in Carolo Magno.

Vnde sit, vinter Imperatores non numerant Francie Reges, nisi fuerint pariter Reges Germaniae; Italici vero scriptores inter Imperatores non recensent Reges Germaniae, nisi fuerint à Romano Pontifice consimati & coronati: quia ex eo tempore, quo translatum est à Græcis imperium ad Carolum Magnum, existit ac pendet ipsum imperium à Romani Pontificis auctoritate.

Quare Germaniae Reges, electos quidem, sed non confirmatos & coronatos à Romano Pontifice, vocant Reges Germaniae & Romanorum, sed non Imperatores, quia vi dixi superius, Rex Germaniae electus dicitur electus in Regem Romanorum, non in Imperatorem:

Ex his perspicuit, quare Germani scriptores ante Ludouicum Bavarum tres tantum Ludouicos enumenter, videlicet, Ludouicum Pium Caroli Magni filium, & Francie ac Germaniae Regem, Ludouicum 2. filium Lotharij Imperatoris, nepotem Ludouici Pij, & Francie filium, & Germaniae Regem, Ludouicum 3. filium Arnulphi Imperatoris, Regem Germaniae: fuit enim electus à Germanis, & Aquisgranii coronam adeptus, quia nūs non fuerit à Romano Pontifice diademate donatus, immo nec coronam ferream à Mediolanensi Episcopo consecutus. Ludouicum vero Balbum filium Caroli Calvi Imperatoris, & Francie Regem, in numero Imperatorum non ponunt, quia non fuit in Germaniae Regem electus, nec Aquisgranii argentea insignitus corona. Itali vero scriptores ante Ludouicum Bavarum quatuor Ludouicos recensent, hoc ordine: Ludouicum Pium, Ludouicum secundum Lotharij Imperatoris filium, Ludouicum Babum Caroli Calvi Imperatoris filium, qui quāmis non fuerit Germaniae Rex, fuit tamen à Ioanne VIII. Summo Pontifice in Gallia apud Trecas Imperatorio diademate coronatus, & vocatus Augustus Anno salutis humanae 878. teste *Sigonio de Regno Italie lib.*

Deinde in quarto loco ponunt Ludouicum filium Bofonis in Provincia Regis: qui post Arnulphum Imperatorem coronatus est Imperator Roma à Benedicto Quarto testibus *Rheginoni lib. secund. & Othono Frisingensi lib. sexto.*

Azor. Inst. Moral. Pars 2.

Nunc etiam Ludouicum Germani scriptores non numerant, quia Rex Germaniae non fuit, quamvis ex Carolo Magno genus duxerit: nam Ludouicus Pius genuit filiam Huius ngardem, que fuit futor Caroli Calvi & Lotharij Imperatorum: hanc Carolus Calvus Imperator in matrimonium collocauit Bostoni fratri uxoris iuxa Richildis, & Bostonem plam Provincia Regem creavit. Ex Bostone, & Hitmingarde, ut *estatut Rhineno*, quem *curat Sigenius liber quinto Regem Italie*, natus est Ludouicus Rex Provinciae, quem Italii contra Berengarium ex Provincia vocarunt, & in Regem Romanorum electum post Arnulphum Imperatorē, Benedictus quartus Imperatoris diadematē coronatus.

Contra hos tres tantum Italici scriptores faciunt; quatuor Germanici: quia Italii in numero non ponunt Conradum Francorum Duce in Germania Regem electum à principibus Germanis, qui successus Ludouico filio Arnulphi Imperatoris, & Regi Germaniae; quia hic Conradus fuit tantum Rex Germaniae, & non Imperator à Summo Pontifice coronatus: Germani vero hunc Conradi, primū huius nōminis appellant, quia fuit à Francorum Duce in Germania Regem electus, & Aquisgrani coronatus argenteam consecutus.

Henricos quoque Germani septem agnoscunt, Italii vero sex, eo quod Germani in primo loco numerant Henricum Saxonie Ducem filium Othonis I. Imperatoris, qui fuit ex Duce Saxonie electus Rex Romanorum, & Aquisgrani corona argentea donatus: Sed Italii eum ex albo Imperatorum reiungunt, quia nec in Italia coronam ferream, nec auream a Romano Pontifice accepit. Vnde Imperatores Henricos supplicant ab Henrico, qui è Duce Franconie creatus est Rex Germaniae, & Aquisgrani coronatus, & in Italia ferream Mediolani & Romae auream à Summo Pontifice est coronam consecutus.

Sexto queritur, An Imperium ad Italos aliquando redierit à Germanis, ius quos olim translatum fuerat in persona Caroli Magni à Græcis? Germani scriptores negant rediisse aliquando à Germanis ad Italos Imperium, postquam semel à Græcis ad Germanos transiit; & eos, qui ab Italis fuerunt in Reges & Imperatores Romanorum electi, post Carolum Crassum, & Arnulphum Imperatores ante Othonem I. autem fuisse electos Reges & Imperatores in schismate contra legitimos Imperatores ex Germanis creatos. Italici vero afflant, è Francis & Germanis Imperium, ad Italos rediisse, & p̄t aliquor annos vique ad Othonem I. durasse.

Animaduertendum est ex *Sigoniis libris. Regni Italie*, Anno salutis humanae 884. Imperante Carolo Crasso, ex familia Caroli Magni, omnium fere Italorum vnam vocem fuisse, ex ipsis Italos oportere vnum aliquem in Imperatorem deligi, quia Imperatores ex Caroli Magni familia degenerata ab aucta virtute & fortitudine iam ceteraverat, & Saraceni per Italiani & Ecclesiam vniuersam populabantur, Imperatoris viribus imminutis.

Huic sententiæ suffragabuntur, quod Carolo Crasso Imperator stirpe virili carebat, & durissimo, ac remissimo bello implicatus, Ecclesiæ, & Italiae rationibus præfens seruire non poterat. His rebus Itali permoti, Adrianum III. Pontificem adeunt, cumque ut salutari decreto in posterum Italie, & Ecclesiæ consuleret, erant. Adrianus autem facile precibus, & postulatis eorum annuit, & statim duo Decreta condidit, vnum pro Ecclesiæ Romanæ libertate, ut Pontifex designatus consecrari sine presencia Regis, aut Legatorum eius posset: alterum pro Italie dignitate, ut moriente Carolo Crasso Imperatore sine liberis Regnum Italie Principibus vna cum titulo & iure Imperij traduceretur.

Mortuo itaque Carolo Crasso sine liberis anno 888. Itali Berengarium Italicum Principem ex Duce Foroiuliensi in Regem Romanorum eligunt. Qui Papiam vitem ingressus, coronam ferream ab Anselmo Mediolanensi præsule consecutus, ibi vere ete instituto, sedem Re-

giam collocauit, & priuilegia ciuitatibus, Ecclesijs, & Monachorum cœnobis, superiorum Regum more concessit. Alij vero Itali Berengario infensi, Vidonem Ducem Spoletanum Regem Romanorū crearunt. Hic Roma ab Stephano V. diademate coronatus, factus est Imperator an. 891. Berengarius Rex aeo vietus, in Germaniam ad Arnulphum Germanorum Regem se contulit. An. vero 892. Vido Rex, & Imperator post deuictum Berengarium, & ex Italia pulsum, Lambertum filium socium sibi regni ascivit. Anno 895. Arnulphus Rex Germania precibus Formosi Romani Pontificis & Berengarii Regis permotus, cum exercitu in Italiam venit, & an. 896. Vibem Romanam, quam qui erant à factione Lamberti Regis, uebantur, ceperit. Eam ingressus, se à Formoso Papa Imperatorum, & Augustum inungit, & coronari præcepit, & populum Rom. iurecurando addiditum sibi obligavit.

Eodem anno, Arnulpho in Germaniam reuerso, Lambertus Rex vñctus, & coronatus est Imperator Romæ ab Stephano VI. qui omnia Formosi Pontificis facta resedebat, & Arnulphum Germania Regem, quem Formosus metu consecravat, Imperatorem vitio lactuum eis pronunciat. Anno 898 Ioan. IX. qui Theodoiro II. successit, Rauenne Episcoporum conuentum celebrauit. In eo præsens adiuit Lambertus Rex, & Imperator, quem Ioannes IX. confirmavit, & Arnulphi Regis Germania consecrationem Imperatoriam, vt metu exortam resedit: Eodem anno extinctus est Lambertus Rex, & Imperator. Tunc Itali, qui Lambertum secuti fuerant, & Benedictus IV. contra Berengarium Regem, Ludouicum Prouincie Regem, & Boffonis Regis filium in Italiam vocarunt. Is anno 900. coacto exercitu in Italiam venit, & anno 901. Romam contendit, & a Benedicto quattro Imperatoriam coronam accepit. Quem deinde anno 902. Veronæ commorantem, Berengarius ceperit, & oculis orbauit, & regno Italæ, & Imperio se abdicare compulit. Tunc solus Berengarius Italæ regnum obtinuit, & anno 915. à Ioanne decimo diademate coronatus est Imperator & Augustus, postquam regnum Italæ adeptus fuerat annis 29. Sed anno 916. Itali Imperium Berengarii peros, Rodulphum Burgundia Regem euocarunt. Is in Italiam exercitum traxit, & Papia a Lambertu Archiepiscopo Mediolanensi coronam ferream consecratus, Rex Italæ salutatus, & acclamatus est. Quideinde, Berengario mortuo, solus in Italia regnauit. Anno 926. Lambertus Archiepiscopus, ex Ioannis Decimi, Romani Pontificis Principumque sententia nuncios ad Hugonem Comitem Arelatensem in Provinciam misit. Hic erat Lotharij Comitis Arelatenfilius, Lotharij Lotharingia Regis nepos, quibus nuncius iniunctus Hugo, cum exercitu Italiam petuit: & cum Papiam venisset, Rex summo omnium studio salutatus, coronam ferream Mediolanii ab Archiepiscopo accepit. An. 932. Lotharij filium suum regni socium sibi adiunxit, eumq; Mediolani ab Archiepiscopo coronati iussit.

Anno 947. Berengarius iunior filius Adalberti Epocheodis Marchionis, Berengarij senioris ex filia Gisla nepos, ab Arderico Archiepiscopo accusit Verona Mediolanum accessit, ibique pro Rege Italæ se gerere ceperit. Et eo anno Hugo rex relicto in Italia Lothario, in Prouinciam redijt, & paulo post è viuis excessit. Regnauit in Italia mortuo patre Lotharius, qui anno 949. mortuus est Papia, & regnauit Berengarius II. vna cum filio suo Adalberto.

Tandem anno 960. Ioannes XII. cum videret in Italia fuisse in dies vehementius reges, videret itidem neminem esse, qui externo cuique Imperio non malleret obediens, quam domeftica Italiorum regum seruire tyrannidi: Ioannem Diaconum Cardinalem, & Azonei Scrinarium ad Othonem Germania Regem Legatos cum litteris in Saxoniam misit. Et summa Legationis fuit, Berengarium & Adalbertum truculentius multo quam ante Ecclesiam, atque totam Italiam diuexare: pertinere ad eius dignitatem, & maiestatem Ecclesiae & Italæ grauiter

laboranti opem ferre: quo circa orare eum se, vt pro Christiana religionis & Italia salutis studio, & amore exercitum in Italiam adduceret, Ecclesiam Catholicam Caroli Magni exemplo ab sua eorum regnum tyrannde vindicaret. Id si fe. ifset: Augustib[us] insignibus se cum ornatur, ac tanquam sumnum Ecclesie propugnatorem, Imperatores Romanorum, qui titulus tunc vacabat, appellaturum.

Quibus permotus Otho Magnus, promisit se in Italiam venturum. Et anno sequenti filium suum Othonem Aquisgrani Regem Germanie coronandum curauit: Et cum lectissimo inilit in Italiam accessit. Cum Mediolanum venisset Archiepiscopus Principum & Episcoporum Concilio, vt moris erat, vocato, & ex omnium intentia Regnum Berengario, & Adalberto abrogatum, ad eum deferrit, & ipsum in æde Sancti Ambrosii magno apparatu & cæmeronia pertingit, & consecratum corona ferrea exornat: Otho ipse solemnis sacramento praesertim bus omnibus promisit le Regnum Italæ & perpetuo defensurum. Et deinde ipso Archiepiscopo comitate, Otto Romæ accessit, vt coronam Imperij à summo Pontifice promissam acciperet. Venientem levissimus, si quenquam vñquam alium animis, & admirabilis benigni oculis spectaculo Romani exceperunt. Ingressum in Vibem, & ad pedes Pontificis se submittentem, in Vaticanæ B. filiac gradibus Joannes amplexus in templum deduxit: vbi sacris magna cæmeronia celebratis, eum ininxerit, ac Imperatoris diademate coronauit, vniuerso populo, Clericoque certatim faustis vocibus Augusto, Imperatore felicitatem & victorianæ acclamante.

Quo facto, vterque ad aram sancti Petri accessit, & solemnis se Sacramento deuinxit: Ille, se Ecclesie Romanæ semper patrimonium, iura, & auctoritatem defensurum promisit; hic, se nullo vñquam tempore Berengarij, ceterorumque hostium partibus opem, auxiliumque latum. Ac ita Regnum & Imperium Romanorum ad reges Germaniae redijt; cum in Italia penes Italicos reges, iei Imperatores quinque vel sex fuisset, septe Blondi, quinq[ue]ginta annis, videlicet penes Berengarium seniorem, Vidonem, Lambertum, Berengarium iuniorum, & Adalbertum, & penes Rodulphum Burgundia Regem, & Hugonem Comitem Arelatensem, & Lotharium filium eius.

Hos omnes historici Germani Tyranno appellant; sed Itali, reges Italæ & Imperatores Romanorum. Et certe negari non potest, Berengarium L. Vidonem, & Lambertum, non solum ferream coronam Mediolanii ab Archiepiscopo confecutos, sed etiam, vt dixi, auream Roma à Summo Pontifice adeptos fuisse, quamvis cæteri, vt Rodulphus, Hugo, Lotharius, Berengarius I. Adalbertus, Reges tantummodo fuerint Mediolanii, vel Papia ab Archiepiscopo corona ferrea insigniti, non auræ Rome à Summo Pontifice donati.

Septimo queritur, An Imperio administratio ea vacante ad Romanum Pontificem spectet? Ioannes Fabri institut. de Adoptioni. §. i. dicit, Papam vacante Imperio, posse quicquid potest Imperator. Bartsolus in l. Naturaliter ff de Vocationib[us] ait vacante Imperio Ecclesiam in eius administratione succedere. Idem etiam tradit Bald. in l. Cum no[n] iustissimi. §. immo. Codice de Prescript. Abb[us] in c. Licei ex suscep. numero clauso. de Foro comp[ar]e. & capitul. Novit. numerob[us] decimosexto. da iudic. Roman. in singulari suo quod incipit. Vacante Imperio 417. Doctores in cap. Licet ex suscep. & cap. Non sicut modo titutus.

Olim magna fuit questio, An Imperio vacante, administratio eius iure communis ad summum Pontificem devolveretur, quibusdam assertentibus non ad Pontificem, sed ad Electores Imperii iure communis devoluimus, quorum esset Vicarium constitutere, cuius cura Imperium regeretur. Qui quidem eo argumento permiscebantur, quod sede Episcopali vacante, administratio eius ad Collegium Canoniconum pertineat, sicut etiam vacante Apostoli-

lica Sede, administratio Ecclesie est penes sacrum Cardinalem Collegium. Alijs contra affirmantibus, Sumimum Pontificem in Imperij administratione succedere.

Cæterum, ut patet ex Constitutione Pontificia, quia incepit: Si fratrum, inter extraugantes Ioannis vigesima secunda in titulo. Ne feso vacante, sublata iam est omnis controvèrsia. Ibi enim sic legimus [De Iure liquidum est, & olim inconcuso seruatum, vivacante Imperio, in illo nequeat ad secularem Iudicem haberri recutis, sed ad Summum Pontificem, cui i persona Beati Petri terreni simul, & terrestris Imperij iura Deus ipse commisit, Imperij prædicti iurisdictio, regimen, dispositio deuoluntur.] Et ibi ponna constituitur in eos omnes, qui prætenderent se, Vicarios esse Imperij eo vacante.

Dicitum est ibi: (De iure liquidum hoc esse) quia in Clem. Pastoralis. §. vls. De sentent. & re iudic. habetur sic: Nos non tam superioritate, quam ad Imperatore non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua vacante Imperio, Imperator i succeditus. Et cap. Liceit ex suscep. de Foro compet. Innocentius III ait: Hoc præsentim tempore, quo, vacante Imperio ad Iudicem secularem retraro nequeant, qui à superioribus in sua instituta epprimerunt.

Ex his perpicuum esse potest, quam caute legendum sit id, quod Cardinalis ait, in script. Liceit ex suscep. de Foro compet. Vacante Imperio non succedere, quantum quidam ad administrationem attinet, Romanum Pontificem. Quia omnis, inquit, iurisdictio turbaretur. Non in temporalibus Imperator superiorum non haber, saltem ius & functione, & in causis ad superiorum, non ad alium concurritur. Felinus istud in pred. &c. cap. Liceit, de Foro compet. ad finem: Disputantue, inquit, tenet etioppositum, scilicet, vacante Imperio, in eius administratione Papam non succedera.

Sed nihil aliud, opinor, isti Auctores dicere voluerunt, nisi quod ex eo cap. Liceit de Foro compet. manifeste non colligitur, vacante Imperio administrationem omnem ad Summum Pontificem deuolu: Nec id esse in iure communi ante Clementinas constitutiones expressum.

Ostendo queritur, Vtrum eodem tempore possint esse plures Imperatores? Haec questio non est, vtrum factio ipso possint esse plures Imperatores, cum constet plures simul aliquando fuiss: quod & ipsum quoque ius ciuile indicat, in l. Diuini fratre, ff. de poenis, & l. Diuini fratre, ff. De librali causa, l. Diuini fratre, ff. de Accusat. & in script. & l. Diuini Seueri, & Antonini, ff. Ad legem Iuliam peccatus: item l. Diuini fratre, ff. de Iure patronatus, l. Diuini Seueri, & Antonini, ff. De ijs, quib. ut indigni, & l. Diuini Seueri & Antonini, ff. De Administratione tutorum.

Sunt enim multæ leges simul à pluribus Imperatoriis constituta, vti inscriptiones ipsarum legum ostendunt, capitul. Reatina, distinctione quadragesima terza, & Diocletianus, & Maximianus simul imperarunt, & simul leges ac iura sanxerunt, l. Diuina. Codice, Nunc autem distinguitur. & l. In pecuniaris, C. De Procurator. Arcadius, Honorius, Theodosius Augusti. l. Liceit. C. De Procurator. Gratianus, Valentinianus, Theodosius Augusti. Vnde Baldus in l. Arethusa, ff. de statu hominum, & Archidiaconus in ea. Nunc autem distincta vigesima prima.

Non est nouum, inquit, duos simul Imperatores Rempublicam administrare. Deinde non est questio, An auctoritate Romani Pontificis possint plures simul esse Imperatores: nam ut ait Cardinalis in cap. Nunc autem distinctione vigesima prima, constat fuiss quandoque duos Imperatores, & sic dubium non est, quin Romani Pontificis permis, possint ex causa plures simul esse, videlicet ob commune bonum pacis: quamvis solo consensu Principum electorum id nequicat fieri, ipsis enim datum est ius eligendi & creandi Imperatorem, non Imperium dividendi.

Quæritur ergo, An iure communi possint simul esse plures Imperatores? Glossa in c. Nunc autem distinctione vi-

gesima prima. docet posse simul esse plures Imperatores, cum sint defensores, & propugnatores Ecclesie Romanae: Secus vero esse, de Romano Pontifice, qui non nisi unus in Ecclesia esse potest; cum sit Vicarius Christi, & Christus dixit: Erit unum ouile, & unus paster, & in Extraag. Vnam sanctam, de maior. & obid. inter communis, (Christus in uno Petro tanquam Vicario, suam fundauit Ecclesiam) Idem cum Glosla tradit Panormitanus in cap. Quoniam de Officio. Iudic. ordin. At Petrus cognomento, de Monte, in tract. de Monarchia, quæstione tertia, ad finem, ait: Quamvis plures simul fuerint aliquando facti ipso Imperatores, tamen plures simul esse non possunt. c. in apibus. 7. quæst. i. vbi dicitur: Vnde Imperator.

Cæterum quicquid sit de iure scripto, nihil cum iure naturali, vel diuino pugnat, ut plures simul sint Imperatores, nec olim tantummodo ante Carolum Magnum plures quandocunque fuerunt, ut fratres Arcadius & Honorius, Gratianus & Valentinianus; Valentinianus Senior, & Valens frater eius, Diocletianus & Maximianus, Severus & Antoninus: Sed etiam postquam Imperium à Grecis translatum est ad Francos, sive Germanos in persona Caroli Magni, fuerunt simul duo Imperatores, vaus Occidentis, alter Orientis: tame si Glosla in capitul. Veritatem, in verbo translatit, delect. dicat, post translationem Imperij, Constantinopolitanum Imperatorem nomine tantum, non resisse Imperatorem: Qualis, inquit, est Rex Sachorum.

Nimirum hoc dixit Glossa, quia Imperator est patronus, propugnator & defensor Romanæ Ecclesie: & translato Imperio, talis desit esse deinceps Constantinopolitanus Imperator: imo fuit Sachismaticus ab unitate Ecclesiæ divisus.

Nec probandum videtur, quod dicit Ludovicus Ferriensis in tract. de Legitim. quæstione septima. Constantinopolitanum fuisse semper verum & legitimum Imperatorem, non autem Germanum: nec potuisse iure, Constantinopolitanum Imperio deici, & solam per translationem factum fuisse, ut Germanus sit Dux & defensor Ecclesie: haec enim profecto sententia cum iure ipso Canonic, & cum Ecclesia ipsa pugnare videtur: iura enim & Ecclesia in decretis, & ceremonijs, & officiis diuinis Germanum Rom. Imperatorem appellat.

Finis Libri Decimi.

